

alus et perfectio vocati. qui sue matri quandam salutem formaliter offerunt in hac vita. atque nihilominus salutem ei mercantur eternam in patria. **Q**uamvis ergo gaudendum est de eis. multas quidem reos esse virgines. que propter habendam prolem ita sanctas sicut est euangelista iohannes. vel baptista. virginitatem perdere forsitan non curarent. Quanto igitur magis de predictis filiis est gaudendum. qui adeo sunt essentialiter sancti quod nec baptista. nec euangelista. nec etiam virgo beata dei mater alma sine talibus habitis vel habendis sanctitatem habuisset.

**E**xPLICIT quartus liber de consolatione theologie. Incipit liber quintus continens consolationum remedia oportuna contra illa turbativa que opponuntur potestati et dignitati. **C**apitulum primum continens consolationes super carentia temporalis potestatis. seu potentie. atque dignitatis.

**Q**uinto principaliter septem tristibus supradicte domine consolatrici principali appropinquantibus. et ei astantibus coram. unus ex eis ante ceteros hijs eam verbis fuit allocutus. domina illustrissima turbo nimis de temporalis potestatis seu potentie atque dignitatis carentia. et peto ut me super hoc dignemini consolari. At illa eidem mox huius rei gratia de suis puellis sex assignavit

#### **I. CONSIDERATIO.**

**P**rima puella contra querelam de potentie. seu potestatis carentia sic ait. **O** homo qui potentiam appetis ut de eius carentia consolaberis animadvertite que sequuntur. Scias pro certo quod quanto potentes in statu fuerint altiori. tanto in periculo maiori versantur. **N**overis magnum patrem **A**ugustinum hanc sententiam in clericorum regula affirmasse. **N**overis eundem pro eadem sententia sic quoque exemplificasse. **M**ultus inquit duces et principes. quam milites ab hostibus appetuntur. et violentius impulsantur ventis et turbinibus culmina quecumque sunt altiora. **I**deo magisque quo plus ceteris unusquisque potest sciat esse sibi metuendum. **H**ec ille pater. **Q**uid ergo optabilem potentiam tu existimas quam perpetui atque temporalis distantis parumper atque imminentis casus periculum manet. **P**ericulum inquam maioris multo miserie quasi si potentes ante casum non fuissent. **Q**ueso bene memineris quod uti supradictum recordeor. **I**nfelicissimum infortunij genus est fuisse felicem. **N**unc quoque flagito ut attendas quam securi sint potentes a casu. **E**xemplis huius disce magnatum diversorum. **E**cce quid de regum statu qui firmiori folio subsistere videtur. illa boeriana consolatrix in longum retro experta. utpote eum plena tradiderit. **O**lea est inquit exemplorum vetustas. plena etiam

presens etas qui regis felicitatem calamitate mutauerint. et sub-  
dit pronice. **O** preclara potentia. que nec ad conseruationem quide  
sui satis efficax inuenitur. **Q** si hec regnoꝝum potestas beatitudi-  
nis ductor. Nonne si qua parte defuerit felicitatem minuit. miseri-  
am importet. Sed quamuis late humana tendantur imperia. plu-  
res necesse est gentes relinqui quibus quisq; regum non imperet.  
**Q**ua vero parte beatos faciens desinit potestas. hac in potentia  
subintrat que miseros facit. **H**oc igitur modo maiorem regibus in-  
esse necesse est miserie portionem. **E**xpert<sup>9</sup> sortis sue periculoz<sup>9</sup> ty-  
ran<sup>9</sup> regni metus pendentis supra verticem gladij terroze simula-  
uit. **Q**ue est igitur hec potestas. que sollicitudinuz morsus expelle-  
re. que formidinū aculeos vitare nequit. atq; vellent ipi vixisse se-  
cun. sed nequeunt. **H**ec illa. **Q**uid igitur inquires ad hec. forte dices  
**N**um rex quisq; potens ve ali<sup>9</sup> satis manet secur<sup>9</sup> preualens multi-  
tudine seruitozum. **T**udi de hoc vlteri<sup>9</sup> exptam illam quam dixi.  
**P**otentem inquit censes qui satellite latus ambit. qui quos terret  
ipse plus metuit. qui vt potens esse videatur in seruentium manu  
situs est. **H**ec illa. **C**ui<sup>9</sup> dictū hac ex postilla pateat q nō praro re-  
ges. aliosq; potentes suoz<sup>9</sup> pditione in fugaz verti. aut bello sub-  
cumbere suozum etiā manib<sup>9</sup> occisos. **T**ut venenatos ob ipam quā  
habuere pontentiā contigit interire. **O** pulchra potentia. que nec i  
mensa solatij tempore est segura. sed sic ipos quib<sup>9</sup> nititur hz anxia  
formidare. **V**nde et sepe dicta solatrix. **P**otentia inquit ne deside-  
res subiectozum insidijs obnoxio<sup>9</sup> periculis subiacebis. **V**eruz si  
te forsan regie. aut cuiuscūq; alteri<sup>9</sup> maxime potestatis carentia tanq;  
ppter improportionem suam distantius a te site non valeat perur-  
bare. leuiter enim loco et tempore. aut improportioe absentia quos  
libet mouere noscuntur. **M**ortoz q nec minoris et magis tibi appor-  
tionate potestatis. puta qualem regum. vel magnatum familiares  
obtinere carentia te contristet. **P**lurimozum nanq; inuidia. aut vi-  
dicte. aut ambitionis causa. vt pote auida succedendi tali insidiat<sup>r</sup>  
potentie studiosa quomō ruat. **I**psoꝝumq; auaricia aut malicia prin-  
cipum seu magnatum huius familiares apud se potentes sepe et i  
opinate dum securiozes se existimant vel morti tradit. aut alias p-  
sternit nullo obstante presidio amioꝝum. **N**on putas aliquan-  
do contigisse vt frater fratrem in mortem traderet. vt magistratuꝝ  
post sublatum de medio obtineret. **Q**uanto igitur magis in ciuita-  
tum comitatibus magistratuꝝ potentia sediciosum ob tumultum  
populi leuiter concitabilis ruinam habet formidare. **Q**uotidia-  
num quodammodo hoc videtur et paucos infra annos sepius ita  
vidimus. q qui prepotentes extiterē vsq; adeo q imperare syde-  
ribus viderentur. erectisq; capitibus vix terram prout ambulandi  
necessitas erigit respicere dignabantur. leuis aure flatu tumultuo-  
sa seditioe populi i eos dicitata. strageq; nonūq; aut reꝝ d'fiscatoe

Tunc pro scriptione personarum subsecutis in se et in suis adeo sunt  
deiecti. quod omnis eorum prior potentia in amaritudinem penitus est  
conuersa. Queso igitur ut audias sepe dictam expertam hoc quod de  
regum familiaribus premititur prestantem. Quid inquit ego de  
regum familiaribus disseram? cum regna ipsa tante imbecillitatis  
plena demonstrem? Quos quidem regia potestas sepe incolumis.  
sepe autem lapsa prosternit. Nero senecam familiarem preceptorem  
que suum ad eligende mortis coegit arbitrium. Per apimianum diu  
inter aulicos potentem militum gladijs antonino obiecit. Atque  
utriusque potestatis renunciare voluerit. Quorum seneca opes etiam suas  
tradere neroni. sequitur in otium offerri conatus est. Sed dum ruituros  
moles ipsa trahit. neuter quod voluit effecit. Que est igitur ista potes-  
tia quam pertimescunt habentes. quare nec cum habere velis tutus  
sis. et cum deponere cupias vitare non possis. An presidio sunt amici  
quos non virtus. sed fortuna deiciat. Sed quem felicitas amicum  
fecit. infortunium faciet inimicum. Que vero pestis efficacior quam do-  
mesticus inimicus. Hec iterum illa. Appendas igitur in statera que  
habes pre manibus potentiam. scilicet una in lance. cariusque quod esse in  
mundo dinoscitur vitam propriam perdendi periculum. incurrendi que  
eam que omnium finis est terribilium mortem. scilicet in lance alia. et vi-  
debis hanc secundam lance prima incomparabiliter grauiorem. Nam  
plus profecto quam lance prima boni contineat continet ista mali. Eac igitur  
vnum aliquid ex utraque in lance. quod siquid boni vel apen-  
ter contineat. tamen quia malicia eius predominabitur bonitati. stultus  
omnino eris si hanc oppositionem habere desideras. et non potius  
carere potentia. quam ea habita simul habere etiam adiunctum inse-  
parabiliter sibi malum.

### III. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. aut dignitas et potentia cadunt in ho-  
mines improbos seu malos. aut in bonos et probos. Siquidem  
in improbos seu malos nocent alijs. nocent et ipsis. Vis scire quod no-  
cent alijs. Audi boetianam consolatricem de istis loquentem. Quid in-  
quit de dignitatibus potentiaque disseram? que vos vere dignitatis  
aut potestatis insciji celo exequatis. Que si in improbissimum quen-  
que ceciderint que incendia flammis ethere eructuantibus. quod diluuium  
tantas strages dederit. Vis scire quod nocent etiam ipsis in quos ceci-  
derint improbis? Audi eandem alibi. Infeliciores inquit esse neces-  
se est malos cum profecerint. quam si ea que cupiunt implere non possent.  
Nam si miserum esse voluisse praua. potuisse miserius. Hinc et illu-  
stris Seneca in persona loquens alteri. non sum inquit potens. et in p-  
sona propria respondens. gaude inquit iniuriam facere non poteris.  
Doro si predicta in bonos seu probos cadunt quam tunc modicum ho-  
noris prescise ex dignitatibus. quanquam ad modicum se extendat potes-  
tia. ut sic pui pendat. Boetiana consolatrix manifestat. Et inquit

si quo modo quod pererrarum est probis deferantur. quid in eis ali-  
ud quod probitas utentium placet. Ita fit ut non virtutibus ex digni-  
tate. sed ex virtute dignitatibus honor accedat. Que vero est ista  
vestra expectabilis ac preclara potentia. Nonne o terrena animalia  
consideratis. qui quibus presidere videamini. Nunc si inter mures  
videres unum aliquem ius sibi ac potestatem pre ceteris vendi-  
cantem. quanto moueretur cachimno. Quid vero si corpus spectes  
imbecillius homine reperire queas quos sepe muscularum quoque  
vel morsus. vel in secreta queque reptantium necat introit. Quo ve-  
ro quisque ius aliqd in quenque nisi in solum corpus. aut quod infra  
corpore est fortunaz loquor possit exercere. Nunquit vnquam libero im-  
perabis animo. Num mentem firma sibi ratione coherentem. de sta-  
tu prece quietis amouebis. **Hec illa.** quasi dicat nequaquam. Denique  
ad quid obiectiue optanda sit potentia. manifestat magnus pater  
augustinus. Optandum est inquit ut potestas non detur nisi contra  
vicia. propter que vincenda potentes nolunt esse homines. et volunt  
propter vincendos homines. Ut quid hoc. nisi ut vere victi falso vin-  
cant. nec sint veritate. sed opinione victores. **Hec ille pater.**

### III. CONSIDERATIO.

**T**ercia puella sic ait. O homo dignitatem vel potentiam dili-  
gens. quomodo de carentia tristaberis. vel amissione vtriusque.  
si nec bone secundum se. neque vere sint. sed omnino false. Vis scire  
quod non bone. Audi boetianam consolatricem. Si inquit ipsis digni-  
tatibus ac potestatibus inesset aliquid naturalis ac proprii boni. num-  
quam pessimis prouenirent. Neque enim sibi solent aduersa sociari. Natu-  
ra respuit ut contraria queque iungantur. Ita cum pessimos plerum-  
que dignitatibus fungi dubium non sit. Illud etiam liquet natura  
sui bona non esse. que sese pessimis herere patientur. **hec illa.** Sed  
et magnus pater augustinus. Apud viros inquit bonos indigna  
sit ipsa dignitas quam multi indigni possident. **Hec ille.** et bene sic di-  
cit. quia secundum illustrem boetium. talia sunt predicata. qualia  
permiserint subiecta. Porro vis scire quod mundana dignitas et po-  
testas non vere sint sed false omnino nominaque huiuscemodi fal-  
so sibi usurpant. Ecce si nomen haberent a re tanquam vere dignita-  
tes et potentia. tunc utique dignitas huiusmodi dignum et poten-  
tia compotem constituerent sicut albedo album. cuius oppositum  
contingit reperire. Audi hanc rationem ab ipsa consolatrice boe-  
tij. Illud inquit considerandum puto quod nemo dubitat esse fortem  
cui fortitudine inesse despererit. et cuiusque velocitas adest. mani-  
festum est esse velocem. sic musica quidem musicos. medicina medi-  
cos. rethorica rethores facit. Agit enim cuiusque natura quod pro-  
prium est. nec contrariarum rerum miscetur effectibus. sed vltro que  
sunt aduersa depellit. Atque nec potestas sui compotem fecerit quem  
viciose libidines in solubilibus allicitum retinet cathenis. et collata

improbis dignitas non modo non efficit dignos. sed perdit potius eos et ostendit indignos. Cur ita puenit. Gaudent enim res sese aliter habentes falsis appellare nominibus qui facile ipsarum rerum redarguitur effectu. Itaque nec illa potentia. nec haec dignitas iure appellari potest. haec illa consolatrix.

### III. CONSIDERATIO.

**Q**uarta puella sic ait. Estimo frater quod dignitatem et potentiam eo appetis. quo si tibi puenirent te quidem honorabilem reuerendumque constituerent. Sed quid in hoc sis spei habiturus? Audi bo etiam consolatricem. Num inquit vis ea est magistratibus. et veterum mentibus virtutes inserant vitia depellant. atque non fugare. sed illustrare potius nequiciam solent. quo fit ut indignemur eas sepe nequissimis hominibus contigisse. Vides ne quantum malis decus adiciant dignitates. atque minus eorum parebit indignitas. si nullis honoribus inclarescant? Sequitur. non enim possumus ob honores reuerentia dignos iudicare. quos ipsis honoribus iudicamus indignos. Et si quem sapientia praedictum videres? Num posses eum vel reuerentia. vel ea qua est praedictus sapientia non dignum putare? Minime. Inest enim dignitas propria virtuti. quam protinus quibus fuerit adiuncta transfundit. quod quia populares facere nequeunt honores. liquet eos proprie dignitatis pulchritudinem non habere. In quo illud est animaduertendum magis. Nam si abiectior est quod magis a pluribus quisque contemnitur. cum reuerendos facere nequeat. at quos pluribus ostentat dispectiores. potius improbos dignitas facit. Verum non impune. Reddunt namque improbi parem dignitatibus vicem quas sua contagione commaculant. Atque ut agnoscas veram illam reuerentiam per has umbratiles dignitates non posse contingere. si quis multiplici consulatu functus in barbaras nationes deueniret venerandus ne barbaris honor faceret. Atque si hoc naturale munus dignitatibus foret ab officio suo quoque gentium nullo modo cessarent. sicut ignis ubique terrarum nunquam tunc calere desistit. Sed quoniam id eis non propria vis. sed homini fallax annectit opinio. vanescunt ilico cum ad eos venerint qui dignitates eas esse non estimant. Sed hoc apud exterarum nationes. Inter eos vero apud quos orbe sunt. nunquam perpetue perdurant. Atque praetura magna olim potestas nunc inane nomen. et senatorij census grauis sarcina. Siquis quondam populi curasset annonam magnus habebatur. nunc ea praefectura quid abiectius. quod enim nihil habet proprii decoris opinione utentium. nunc splendorem accipit. nunc amittit. Si igitur reuerendos facere nequeunt dignitates. Si igitur vltro improborum contagione sordescunt. Si igitur mutatione temporum splendere desinunt. Si gentium estimatione vilescunt?

quid est qd̄ in se expetēde pulcritudinis habeāt nedū alijs p̄stent.

### **CV. CONSIDERATIO.**

**Q**uinta puella sic ait. **O** homo simplex ac puerilis. cur dignitates mundi appetis. et earum ex carentia turbaris? non sic ageres si quales essent. ac quid contra se habentem facerent. vel quid earum seu temporalis potestatis carentia significaret agnosceres? Sane quales sint hee dignitates: hoc per boetianam consolatricem discere poteris. Ecce enim uti soror mea prius retulit. ipsas denominando umbratiles dignitates appellat. Sed quid valet umbra. vel res umbre similis. que non continue adest homini. sed transit nedum mutabiliter. sed velociter sicut umbra. **D**oro quid dignitates mundi contra se habentem faciant si vis scire. Ecce premunt eum vitijs atq; curis eum grauib; onerant. et supponunt eum sibi subiectis. Vis scire q̄ vitijs eum premant? Audi sanctissimum patrem gregozium. Occupatio inquit secularium dignitatum tanto facilibus vitijs premitur. quanto maioribus curis grauatur. Vis igitur ulterius scire. q̄ se habentem curis grauib; oneret. et supponant subiectis. Audi rursus eundem patrem. Quanto inquit quisq; hic altius erigitur. tanto curis grauiorib; oneratur. usq; ipsa populi mente et cogitatione supponitur. quibus preponitur dignitate. Deniq; si vis scire quid significet carentia temporalis potestatis et dignitatis? Ecce hec ad actiones exteriores ordinantur. Igitur eis carere. signum est q̄ deus tenere diligit non habentes. Vis hanc intelligere consequentia? Audi egregium verbum gregozij. Sepe inquit misericors deus quo suos tenere diligit. eo sollicitus ab exterioribus actionibus custodit. Nam et plerumq; paterfamilias ad eum laborem seruos dirigit a quo subtiles filios suspendit.

### **CVI. CONSIDERATIO.**

**S**exta puella sic ait. Cur homo hoc appetis? cuius adeptione vilescis? Hoc quidem dignitatib; fit. Audi boetianam consolatricem. Dignitatibus inquit fulgere velis danti supplicabis. et qui preire ceteros honore cupis. poscendi humilitate vilescis. Dices forte. si momento adeptione. seu dum posco vilescio. quid cure ex quo pro toto tempore possessionis claresco. presertim postq̄ adeptione modus paucis notus ex toto fuerit oblivioni tradit? Sed q̄ hac in re satis erres patet. si attendas maximaz eorū multitudinē quorū factum tuum a suo principio et vsq; imperpetuum noticiam non euadet. dei scilicet et ciuium supernorum. quibus tua vilitas semper erit nota. coram quibus vilem esse. multo quidem peius est q̄ apud omnes hic viuentes viluisse. vel q̄ bonuz foret hic apud omnes homines valuisse.

**Capitulum secundum continens consolationes super carentia temporalis maioritatis seu superioritatis.**

Secundo post premissa ad dominam consolatricem precipalem accessit et alius tristis super materia premissa si capituli querulando. ac illa eidem pro consolatioe de suis puellis tres adiunxit.

### ¶ I. CONSIDERATIO.

**P**rima puella sic ait. O frater si qualia inducit maioritas. siue superioritas. per experientiam didicisses ipsam maioritatem ut estimo minus appeteres. ac de eius carentia minus doleres. Nimirum maioritas status siue superioritas inducit maioritatem periculi. inducit maioritatem peccati. inducit maioritatem pene. quia maiores dum peccauerint sunt puniendi. Vis scire quod inducit maioritatem periculi? Ecce patet hoc ex dicto magni patris cum sua exemplari declaratione per neptem meam prius recitato. quod et psidoro consideras. quod inquit quisque in superioribus constitutus est loco. tanto in maioribus versatur periculo. Vis scire quod maioritas seu superioritas statim inducit maioritatem peccati? Audi eundem qui prius psidoro loquor. quanto inquit splendoris honore celsior quisque est. tanto si delinquat peccator maior est. Vis scire quod maioritas status inducit maioritatem pene qua ipsi maiores sunt puniendi? Ecce ex papali epistola colligitur. quod maiores grauius sunt puniendi pro suo excessu. quia exemplo eorum facilius alij possunt ad similia prouocari. Sed quod hec similia non secundum leuia. sed secundum grauia sunt utique attendenda. patet ex sententia illustri Seneca. Ut inquit in corporibus. sic in imperio grauissimus est morbus qui a capite diffunditur. Denique post hec scias quod superioritas regiminis inducit distractionem cordis et confusionem mentis. impediens in commissis exequendis. Audi dominici gregis pastorem gregorium. Sepe inquit suscepta cura regiminis eorum per diuersa verberat. et impar quisque inuenitur ad singula. dum confusa mente diuiditur ad multa. hec ille

### ¶ II. CONSIDERATIO.

**S**ecunda puella sic ait. Nonne scis quod inter arma inuasiva iacula piculosiora solent esse. presertim si a scientibus artem sagittandi iaciantur occulte? Scio inquit. Sed quid? Profecto ille qui est milleartifex. utique artem habet sagittandi. cuius sagitte acute. qui sicut insidiosus iacit eas occulte. In quem inquit? Procerto frequentius in maiores et statu superiores. Vis hoc scire? Audi seruum seruorum dei. gregorium loquor. Omnis inquit qui dispensandis terrenis rebus presidet. occultis hostis iaculis latus patet hec ille. Nec gratis dicit latus. quia iuxta latitudinem eorum que longe lateque subsunt sue presidentie. habet dicta iacula primifere re.

### ¶ III. CONSIDERATIO.

**T**ercia puella sic ait. Caue frater ne in terra queras superioritatis honorem. ne idcirco in celo mori consequaris confusionem.

et a societate seruorum christi exclusionem. **V**is hanc scire desequē-  
tiam. **A**udi johannem os aureū. **Q**uicumq; inquit desiderauerit pri-  
matum in terra. inueniet confusionem in celo. nec inter seruos xpi  
computabitur. quia de primatu tractauerit. nec vnusquisq; eorum  
festinet. quomodo alijs maior appareat. sed quomodo omnibus in-  
ferior videat. **H**ec ille. **C**uius sententia de maioriāte ex illis ver-  
bis xpi. quicumq; voluerit inter vos maior fieri sit vester minister.  
et sententia eius de primatu ex illis verbis christi elicitur. quicum-  
q; voluerit inter vos primus esse. erit vester seruus. **E**x quib; etiam  
elicitur quod sequitur. nec inter seruos xpi computabitur. quia de  
primatu tractauerit etc. et certe dictam doctrinā xpi nō sequi hanc  
dubius confusio est in celo. concessa igitur desequētia. pensare ha-  
bes desequens. i. confusionem in celo. pensa ergo p̄ quo. et coram  
quibus. siquidem pro quo. **M**odicum est et quasi nihil. qz pro ho-  
nore primat; in terra. que quanta sit respectu celi. boetiana conso-  
latrix manifestat. **O**mnem inquit terre ambitum ad celi spaciū pū-  
cti constat obtinere rationem. i. vt si ad celestis globi magnitudi-  
nem conferatur. nihil spaci; proorsus habere iudicet. **h**ec illa. que  
et terre habitabilis atq; gentis respectu cuius primatus attendi  
possit modicitatem clarissime declarat et deducit. put per neptem  
meam supra recitatur. **E**st igitur quasi nihil primatus in terra. **S**z  
dñs ex ipsius ambitione confusio in celo permaxima est. et quasi  
infinita. confusio inq; coram deo celoz domino. et coraz matre ei;  
regina celi. **N**on putas confusio que est in celo celoz dominum. vlt  
ipsam celi reginam latere potest. **N**equaquā. **S**ed est apud ipsos.  
atq; apud celi militiā quam ipsius. atq; tantaz apud tales et tantos  
noticiam. mirum est q; quis nisi proorsus insipiens sufferre potest.  
taceo q; is qui tractauerit de primatu inter seruos christi. cui serui-  
re regnare est. non est computandus tanq; minime dignus. immo  
tam digna societate indignus. **S**ed nec transeundum q; predictus  
johannes subiungit. nec vnusquisq; eoz festinet quomodo alijs  
maior appareat. sz quomō omnibus inferior videatur. **N**imirum  
hoc verse sententie nititur vt sicut primatum querens in terra. desu-  
sionem non modicam inuenit in celo. sic festinans omnib; videri  
inferior in terra immensam gloriā et honorem in celo. i. apud ce-  
lozum dñm et dñam. ac apud celi militiam desequatur etiam in pre-  
senti. **A**bsit enim q; inferiorē se videri diligens min; in celo. aut  
minorē gloriā desequatur. q̄ superior hic esse querens desusione  
in celo patiat. **D**ixi autem in presenti. **N**on est enim ratio aliqua  
differendi. cum iam in celo mala et bona nostra pateant euiden-  
ter.

**C**apitulum tertium continens desolationes super carentia seu nō  
assecutione. aut priuatione status mundani. ac in genere sup carenti-  
a dominij.

125.



**Q**ercio post premissa ad dominam consolatricem principalem accessit et alius tristis super materia premissi capituli conquerendo. cui illa pro consolatione duas de suis puellis assignauit.

### **I. CONSIDERATIO.**

**P**rima puella sic ait. Nunquit filius unigenitus cuiuspiam maximi regis vel imperatoris tritari possit hac de causa. quod aliquo statu vel officio minimo careret. aut illo priuaretur. quod sine nequaquam peteret dignitati. uerbigratia. si officium quodcumque mechanicum. uel etiam militi congruens ipsum contingeret non habere. Profecto nequaquam. igitur nec christianorum aliquis. utpote eterni regis existens non solum filius. sed nunc in spe. et tandem in re regis seculorum dominique uniuersorum etiam heres tritari habet. minime si non ad statum dignitati sue congruum exaltetur. aut tali habito si priuatur. ita esse fateare necesse est. Quid igitur. Profecto mundani status homini christiano et tanti regis filio minus sunt congruetes. Nam ecce ad propositum sine cuiuscumque mundani status demptione loquens glosa quedam bene dicta etiam superius recitata. Ne inquit indignemini si mali in mundo florent si vos patimini. quia non est christiane dignitatis in temporalibus exaltari. sed potius deprimi. non est ergo ratio siquidem de statu huiusmodi temporalis carentia contingat perturbari.

### **II. CONSIDERATIO.**

**S**ecunda puella sic ait. O homo aut sapiens es. aut stultus et insapiens. Siquidem sapiens. domino non indiget te contentus. Audi Senecam. Se inquit contentus est sapiens ad beate uiuendum. Audi quoque et archiantistitem ambrosium. Sapienti inquit nihil alienum. nisi quod uirtuti incongruum. Virtutes autem dominia non adiciunt seu pariunt. quinimmo iam partem magis abicere solent. Porro si es stultus. tibi non expedit dominari. quippe ipsum suum dominium stultum hominem seruire facit. Audi itidem prefatum archiantistitem. Est inquit ergo sapienti seruire libertas. Ex quo colligitur quia stulto etiam imperare seruitus est. et quod peius est. cum paucioribus presit pluribus dominis. et grauioribus seruit suis cupiditatibus. quarum dominationem nec nocte potest fugere. nec die. quia intra se dominos habet. intra se seruitium patitur intolerabile. hec ille.

**Capitulum quartum continens consolationes super imperij regni. uel alterius dominij mundani amissione. priuatione. seu non afflictione.**

**Q**uarto post premissa a dominā solatricem principalem accessit et aliis tristis sup materia premissi capituli ei graviter querulando. Et illa eidem p solatione tres de suis puellis ilico deputavit.

### **I. CONSIDERATIO.**

**P**rima puella sic ait. karissime quod non est veraciter hoc qd appetitur. si illo quis privatur. vel ipse nō assequitur. nō est dignū q̄ inde turbetur. S3 quid. Profecto q̄ improprie regnū mundanum dicatur regnū. Hac patet consideratōe. Vero siquidem regno regnatur sicut imperio si sit verum impat. qd quidem non omni sed paucissimis dūenit qui regna habere reputantur. Audi hugonem illum regularē. Sol⁹ inquit is regnat. qui deposito cordis impio. lege rōis ordinat totā familiā motū interiorū et exteriorū. Si durgat leonina rabies. punit p̄ paciētiā. si petulācia hyrci. p̄ abstinentiā. si ferocitas apri. p̄ mansuetudinem. si superbia unicomis. p̄ humilitatē. S3 quis est hic et laudabim⁹ eū. atq; ut dignū impio coronabim⁹ eum.

### **II. CONSIDERATIO.**

**S**ecunda puella sic ait. Tu qui de regni carentia turbaris. estimo q̄ non ob aliud. nisi quia p̄ regnū crederes atq; velles dominari. S3 scias q̄ tu paucis respectue. tibi aut irrationabiliter dominarēt mltō plures. etiā si bonū qd tu paucis. mai⁹ malū erit qd dñabuntur tibi. plures siue plura penit⁹ irrationabilia. Que forsan inquires. Ecce quid dicit ille Seneca. Sicut inquit hominib⁹ reges Ita regib⁹ dñandi desideria dñantur. Hoc est regnū. nolle regnare cum possis. Vis ergo regnū. Do tibi magnū. rege te ipsum. Nec ille. et nonne bñ magnū est seipsum regere. est hautdubium. Nimirum seipsum regere non dūngit sine motuum tam interiorū q̄ exteriorū debito regimine. quod quidem motū et exobiectōrū est quasi infinita multitudo.

### **III. CONSIDERATIO.**

**T**ercia puella sic ait. Scias karissime q̄ appetitui regnādi duo videntur nō mediocriter repugnare. videlicet odiū in presenti. et aliud quod gūi⁹ est qd et restat in futuro. Vis scire de odio. Ecce om̄s homines natura diligi desiderant. quare et odia ut contraria detestantur. Hac aut ratione difficile est regnare. et videtur p̄ dsequens regnandi appetitui repugnare. Audi Senecaz magni regis p̄ceptorem. Simul inquit ista mundi rector de⁹ posuit odium atq; regnum. qui ergo odia nimium timet. regnare nescit. Hille. C Doero quantum ad id qd gravi⁹ est et in futuro restat. nō mirarer si quis regnare. siue leuiter dominari appeteret. si non ei⁹ tam gūis finis esset. Quis inquires. Ecce hoc considerans psidōr⁹. agnoscant inquit principes seculi deo se debere rationem esse reddituros. Sed nunquit est modicū aut leue deo reddere rōnem. Procerto nō est modicum. quemadmodum nec sunt modica de quib⁹ reddenda est ratio. sunt em̄ omnia q̄ regib⁹ incūbūt. De quib⁹ audi venerabiles

ps.

jeronimum. Regum inquit est proprium facere iudicium atque iustici-  
am. et liberare de manu calumniantium vi oppressos. et peregrino.  
pupillo quoque et vidue qui facilius opprimuntur a potestatibus pro-  
bere auxilium. hec ille. De hijs autem et alijs ad reges pertinenti-  
bus. tanto minus leue est deo reddere rationem. quanto pre cunctis  
deus omnium dignior subtilius non solum numeros et pondera om-  
nium factorum nouit. sed et omnia in me-  
sura et numero et pondere disposuit. ut scilicet iuxta numerum. pondus.  
et mensuram eorum. de quibus reddenda est ratio si ratio ipsa defici-  
at. penarum pondus mensuram et numerum retribuere etiam demo-  
num ministerio finaliter non obmittat. ¶ Deinde quomodo reddet  
rex deo rationem qui non a re nomen habet. sed ipsum indignus usur-  
pat contra illam sententiam perfidiosi qualis rex esse debeat proprie consi-  
derantis. Reges inquit a regendo vocati sunt. ideoque recte facien-  
do regis nomen tenetur. peccando amittit. Recte ergo illi reges  
vocantur. qui tam semetipsos quam subiectos bene regendo modificare  
nouerunt. Quomodo reddet rex rationem contra quem tanquam contra indi-  
gnum militat sententia tradita per iohannem os aureum. Principa-  
tus inquit non sanguini debetur. sed meritis. et inutiliter regnat qui  
rex nascitur et non meretur. Denique quomodo reddet rex deo rationem.  
qui presumere habet alium se esse meliorem. et nihilominus regnum  
ambit et assumit. contra quem militat hoc quod de exemplari obser-  
uantia antiquorum scribit illustris Seneca. Inter homines inquit  
antiquorum optimus animorumque rector eligebatur. ideoque sum-  
ma felicitas erat gentium in quibus non poterat esse potentior nisi  
si melior.

¶ Capitulum quintum continens consolationes in genere super prela-  
tionis seu dignitatis ecclesiastice priuatione. careria. vel non asse-  
cutione.

**Q**uinto post premissa ad supradictam dominam conso-  
latricem accessit et alius tristis. propter expressa in  
premissis capitulo perturbatus. cui mox illa per conso-  
lationem tres de suis puellis assignauit.

#### ¶ I. CONSIDERATIO.

**P**rima puella sic ait. O amice si sanctorum doctorum dicta le-  
gisses. merito de prelature seu dignitatis ecclesiastice carentia.  
ac etiam priuatione magis gauderes quam doleres. Nimirum sanctorum  
doctorum sententie contra prelatos. et quoscumque habentes eccle-  
siasticas dignitates sunt satis terribiles. Nonne enim hoc terribi-  
le est quod secundum iohannem os aureum prelati propter altitudi-  
nem dignitatis in eodem genere peccati grauius cadunt quam subdi-  
ti. Nonne et hec proorsus terribilis est sententia. quam nobile vo-  
lumen decretoz ex auctoritate recitat venerabilis hieronimi.

Deteri<sup>9</sup> inquit in populis p̄lati delinquūt. ac p̄ hoc ipsi crudeli,  
us q̄ ceteri puniuntur. Sequitur ut ait beatus gregorius. scire p̄e-  
lati debent. quia si peruersa perpetrant. tot mortibus digni sunt.  
quot ad subditos suos perditionis exempla transmittūt. Vnde ne-  
cesse est. ut tanto se cautius a culpa custodiant. quanto per praua  
que faciūt nō soli moriunt<sup>r</sup>.

### II. CONSIDERATIO.

**S**ecunda puella iam dicte sororis sue considerationi cōcordās  
sermonem patris clareuallis hic inducit. Si inquit forte p̄la-  
tus es. siue teneris debitoꝝ sollicitudinis amplioris. longe grauior  
et periculosior debito tenent<sup>r</sup> astricti qui pro multis animabus  
reddituri sunt rationē. Quid ego ifelix. Quo me vertam. Si tantuz  
thesaurum. si p̄ciosum depositum istud quod sibi christus sangui-  
ne proprio carius vendicauit contigerit negligentius custodire.  
Si stillantem in cruce domini sanguinem collegissem. essetq; re-  
positus penes me in vase vitreo. quod et portari sepius oporteret.  
quid animi habiturus essem in discrimine tanto. Et certe id seruan-  
dum accepi pro quo mercator non imprudens. ipsa utiq; sapientia  
sanguinem illum dedit. sed habeo thesaurum illum in vasis ficti-  
libus. et quibus multo plura q̄ vitreis imminere pericula videantur.  
Accedit sane sollicitudinis pondus et timoris q̄. cum meaz et  
proximi conscientiam seruare necesse sit. Neutra mihi satis nota.  
Vtraq; abyssus est imperscrutabilis. Vtraq; nox mihi est. et nihilo-  
minus exigitur a me vtriusq; custodia. et clamat<sup>r</sup> ad me. custos qd  
de nocte.

### III. CONSIDERATIO.

**T**ercia puella sic ait. P̄elaturā homo forte desideras propter  
honorē. propter gloriā. propterq; potentiam et volupta-  
tem. sed nec ista deberent aliquatenus te mouere. si dicta attende-  
res patris clareuallis. Audi inquit de honoribus. ducem te consti-  
tuerunt. et data est facultas ut miser sis. et amplius non quiescas.  
Cumulatur materia sollicitudinum. et inter erumnas cor ipsum ex-  
tendens. necesse est vultum induere gaudiorum. nunquit in hono-  
re sine dolore. in p̄latōne sine tribulatione. in sublimitate sine va-  
nitate esse quis potest. Audi et de gloria. Si queris gloriā. omnibus  
inuidie semina prebuisi. Inflat<sup>r</sup> es. et ventilatorio spiritu ple-  
nus dirumperis. nec attendis quot te sequant<sup>r</sup>. sed quot precedant.  
conglomerantur omnes ad detrahendum tibi. ad maledicendum  
linguas acuunt. et argutissimus es. si vel linguam. vel manum inui-  
doꝝ possis euadere. Ecce vnde gloriofus esse volebas. in glori-  
us esse conuinceris. nullum enim inexorabilius persequitur multi-  
tudo q̄ illum qui sibi multitudinis arrogat p̄ncipatum. Iunge

hijis potentiaz et voluptatem que et ipsa tenui et p̄fusio gaudio  
rapiuntur. et videbis. quia copia paup̄ est honoz̄ humilis. vilis glo-  
ria. potētia debilis. et laboriosa voluptas. **H** pater p̄dict⁹. Cui⁹ q̄-  
dem in verbis de linguis quas subditi et extranei cōtra p̄elatos  
acuunt et non raro. hoc est aduertendum. q̄ subditi nonnunq̄ lin-  
guas habent acutas. et venenum aspidum sub labijs eorum. Quid  
ni dixerim linguas eorum acutas. Sunt enim quantū ad actum pe-  
netrandi acutiores omni gladio ancipiti. perungunt nāq̄ vsq̄ ad  
intima cordis p̄elati. sed et cuiuslibet audientis. et relinquit̄ ibi  
toxicum suum. maculā scilicet sepi⁹ confusionis et infamie. quo ni-  
mirum toxico sepe p̄elatus dum sentire incipit perducitur ad mor-  
tem. et si non naturalem. ciuilem tamē. Nec obstat linguarum mol-  
licies. vel earum leuitas. cum verius sint censende aspere atq̄ du-  
re. cum sic intrent cum lesione. nec retundi possint nec reflecti

**C**apituluz sextum continens consolationes super priuatione. carē-  
tia. vel nō affecutione dignitatis pontificalis specialiter.

**E**xto post p̄missa ad dominam consolatricem sepe-  
dictam accessit et alius tristis querens de episcopalis  
dignitatis carentia consolari. cui illa mox huius rei  
gratia de suis puellis duas adiunxit.

**I. CONSIDERATIO.**

**P**rima puella sic ait. Cur homo hoc appetis? quo adepto ple-  
rumq̄ confusionem non euadis? Nempe indisciplinati mores  
subiectozum non mediocriter faciunt ad confusionem rectorū. Tu  
di johannem os aureuz. quemadmodum inquit videns arbores fo-  
lijs pallentibus marcidam intelligis: quia aliquā culpaz habet cir-  
ca radicem. Ita cum videris populum indisciplinatū. sine dubio co-  
gnosce. quia sacerdotium eius non est sanum. **H**ec ille. et nonne h⁹  
confusio est? Certe sic. Nam et archiantistes **ambrosius** in defectu  
correctionis. pudoris verecundiam recognoscit. Quid inquit ego  
vos arguo. cum possitis me vno sermone conuincere. cōvincor em̄  
cum in hac parte clericos vobis magis video negligētes. quomō  
enim possum corrigere filios. cū fratres emendare non possim. aut  
qua fiducia succenseam laycos? cum a consortibus pudoris vere-  
cundia conticescam. **H**ec **ambrosius**. Sane q̄ episcopus p̄pter hoc  
non sit ab ipsius etiam populi correctione excusatus patet quip̄-  
pe. vt enim beda scribit venerabilis. de manu episcopi peccata po-  
puli requiruntur.

**II. CONSIDERATIO.**

**S**ecunda puella sic ait. Tu qui episcopatum desideras. Audi  
terribilem sententiam magni patris. propter quam quis meri-  
to potest episcopatum abhorrere. tanq̄ cuius officii vix vnq̄ p̄t  
exerceri sine peccato mortali. Cogitet inq̄ religiosa prudētia tua

nihil apud deum miserabilius et tristius et damnabilius episcopi  
aut presbiteri officio. si perfunctorie atque adulatorie res agatur.  
**hec ille pater.** **S**ed quod. Defecto quod vix unquam res hec agi valeat nisi  
perfunctorie. et per consequens damnabiliter. ac proinde cum pec-  
cato mortali patet propter maximam difficultatem in regendo. **V**is  
libenter de hoc scire. Procedat in medium nazansenus ille grego-  
rius doctor eximius de fuga transtans cure pastoralis. Quamvis  
inquit perdifficile sit scire regi. id est regenti se obtemperare. mul-  
to difficilius est scire alios regere. cuius scilicet regiminis quanto spes et  
gloria maior est. tanto periculum grauius. quippe habentibus intel-  
lectum. nam et siquid est in rectore vitiosus moribus. facile in eos qui  
ad obtemperandum preesto sunt ei transfunditur. et multo facilius  
malum ab eo transit quam siquid in eo virtutis et industrie fuerit. **N**i-  
hil enim est tam facile quam fieri malum. etiam si nemo doceat vel com-  
pellat. perdifficile autem est fieri bonum. parati sumus ad recipien-  
dum malum quamplurimum. velut si aride stipule quis scintillam ignis  
iniciat. que insuper ventis etiam inspirantis animetur. **V**elociusque ma-  
licie parua scintilla consumitur materia quam virtutis ignibus vel accendi.  
vel etiam concalescere possimus. **H**ec ille doctor de episcopis et re-  
ctoribus alijs. ad quorum facit periculum amicorum et aliorum diui-  
tum et potentum frequens instantia. et preces importune. pro tali-  
bus beneficiandis vel inuestiendis qui sunt plurales vel etate mi-  
nores. vel ordines non habentes. nec etiam habituri. vel alias in-  
digni. **S**ed et docet experientia quod inter mille prelatos nec vnus ita  
perfectus inuenitur. quem in dictis casibus. et alijs multis non mo-  
ueat timor vel amor ad exauditionem precum iniustarum. taceo de  
guerris episcoporum. pertransio de expensis superfluis cum ami-  
cis carnalibus et inutilibus personis.

**Capitulum septimum continens consolationes super carentia  
vel non assecutione papatus.**

**S**eptimo post premissa ad dominam consolatricem prin-  
cipalem accessit et alius tristis conquerens de caren-  
tia vel non assecutione summi pontificatus. cui illa pro  
consolatione duas de suis puellis mox adiunxit.

**II. CONSIDERATIO.**

**P**rima puella sic ait. **O** amice huius aures accomoda que sequun-  
tur. fertur **Benedictus** papa duodecimus sic dixisse. **C**reditur  
papatus aliquid magni esse cum sit nihil. **N**am postquam fuimus in isto  
statu. nunquam habuimus vnam bonam horam. nec habere intendimus  
usque ad mortem nostram. **I**ta dixit. quod et verum esse docet experientia  
**Q**uo enim bonus papa possit habere horam bonam. cui incubit tanta sol-  
licitudo. tanta occupatio a summo scilicet mane ad noctem usque profundam.  
quomodo cum pace cordis sine qua hora bona esse non potest. pos-  
set papa tot regum. principum. ciuitatum. et terrarum tyrannorum

et malarum societatum monstruosis petitionibus mentē eius et cō-  
sciētiā grauantibus ad placitum respondere. et frequenter arma-  
tis precibus et comminationibus non terreri. Quomodo posset xp̄i  
anozum fines. christianumq; populū sciens inuadi tribulari. na-  
uiculamq; petri in hoc mari magno fluctuare prout frequēter ac-  
cidit ex intēmis non turbari et perturbari. Certe harum rerum cre-  
bra vel continua sollicitudo et anxietas. non sinit vniuersalem pa-  
stozem gregis dominici lupozum morsibus expositi noctem quie-  
tam ducere. somnumq; capere. et vel in die consistozijs altricatio-  
nibus. tractatibus. ac communibus et continuis supplicationib9  
occupatum. et grauatū. aliquam habere integram bonam horam.  
presertim cum quietem noctis habitualis cogitatio melancholica  
intercipiat et solacia mense salsa amare deliberationis ac studi-  
tediosi similiter interrumpat. Quo fit profecto ut pauperulis cle-  
ricis vel monachis ciuib9q; et mechanicis infinitis ob animoz  
suoz liberatatem non pressis curis superfluis. sed vel vacantibus  
solaciosis librozū studijs vel operibus alijs consuetis et gratis.  
multo melius sit q̄ pape. Qui etiam si ipsius de facto attempre-  
tur depositio. hoc malum minozī tempore mentē eius occupās q̄n-  
tum ad se deberet preeligere. q̄ per totam vitam suam premis-  
siss dijs grauaminibus et anxietatibus subiaceret. Nec deberet obsta-  
re confusio temporalis. Nimirum illa iniuriose illata duerteretur  
proculdubio in gloriā sempiternā. ¶ Hijs autem ex dictis et d̄  
depositione ceterozū prelatozū ac p̄ncipuz secularium potest  
quidem ad consolationem ipsozū propozionaliter iudicari

#### ¶ II. CONSIDERATIO.

**S**ecunda puella sic ait. Siquis est qui sui a pontificatu seu ab  
alia prelatura. aut etiam a seculari dignitate imperij regni v̄  
p̄ncipatus. aut cuiusuis magistratus et presidentie depositionem  
reputet esse sui d̄fusionez. Eatez q̄ est aliqualis. sed v̄nica quā re-  
mediat que ad eam sequitur alia depositio confusione alterius. n̄  
vnice. sed multiplicis. Nec nempe in hoc attenditur q̄ existens q̄  
libet in statu presidentie totiens cōfunditur. et ita multoties quo-  
ciens in sibi obediētes et rebelles. maleq; se habentes. non p̄t  
vel non audet correctionis officium exercere. Que quidem multi-  
plex confusio iusto iudicio digne preponderat vnice depositionis  
confusione temporalī. Rursum p̄mi generis depositio si fit prop-  
ter demerituz. res est saluberrima. Vtpote sue subiectionis qua nūc  
hosti humani generis. et etiam in futuro infernalibus cruciatibus  
aut purgatozīs penis grauissimis subiceretur. in toto vel in ma-  
gna parte depositiua. cuius subiectionis depositio preualet in bo-  
no malo depositiois alteri9. etiā iudicio patētis q̄n ob ip̄az insani-  
ens lucidū h̄uerit iteruallū. ¶ Porro si p̄mi generis d̄positio iniuriose  
fiat et sine d̄meritis. p̄s̄tiz h̄nti patiāz. nllā erit d̄patō d̄fusiois ip̄i9

ad gloriam que sequetur. cum defusio fuerit apud paucos humiles  
terricolas temporaliter tñ. et gloria sit apud deuz. atq; apud infini  
tos celicolas eternaliter durata

**Explicit quintus liber de solatione theologie. Incipit liber sextus**  
continens solationum remedia oportuna contra turbationes que oppo  
nunt penite magne et clare. ac generis nobilitati. Capitulum per  
mum de mens solationis super carentia magne penite.

**S**exto principaliter octo tristibus supra dicte domine  
solatrici principali appropinquantibus et ei astanti  
bus. unus ex eis ante ceteros sic eam alloquitur. O do  
mina venerabilis turboz valde de penite mee dimi  
nutione et carentia magne. et peto vestra super hoc be  
nignam solationem. cui illa mox per solationem sibi impendenda  
de suis puellis duas adiunxit.

### III. CONSIDERATIO.

**P**rima itaque puella ad tristes sic ait. Parentela habere magnam  
desideras. et malum tuum desideras. Nisi enim ad omne placitum cu  
iusvis eorum fueris. apud ipsos speret et contemptus eris. Si autem ad  
eorum beneplacitum te forsitan exhibueris. cum de licitis et honestis  
homines seculi non consueverint contemari. mala plurima spiritualia et  
corporalia euadere non poteris. Rursum si caput fueris penite.  
quanto ex maiori personarum numero illa consistit. tanto maior cura  
malorum te manet. instantia. et maior vexatio te grauabit. Denique  
ipsi qui sunt ad caudam boni scilicet et mali. leprosam caudam consistunt  
te vel opinione sequentem. et honori tuo multipliciter derogantes.  
Porro si tu non caput. sed unus de cauda fueris maculosa nisi mul  
titudini que mente defusa est consensas. miser eris. et tanquam non sis pa  
rentatus ab omnibus derelictus. Quid ergo lucriferas. quid quomodo vel so  
lacij attulit tibi penite magnitudo. nisi forte ignominiam. quam vel  
vitijs claritudinem tuam et suam maculabunt. vel paupertate si inco  
nstans fortuna eos deseruerit. gloriam tuam et generis humiliabunt. De  
nique si tu bene prospexeris ob modicam penitela pauciora incommoda  
sustinebis. quam si totam urbem replere vel etiam patriam viderentur

### III. CONSIDERATIO.

**S**ecunda puella ad tristem sic ait. Scias amice cuius magna est  
parentela. requirit quod etiam sit magna eius expensa. que multo  
cuius fieri non potest sine graui dei offensa. Si abundat. est qui pe  
tat subsidium. quod impendere non est licitum. Est mimus. est hystrio.  
est goliardus. est et multiplex homini generis hominum petentium et ex  
torquentium vestes. pecunias. equos. et nisi quod petitur paratus sit  
dare. rubor ei verbis ipsorum inducitur. in presentia impingitur. in  
absentia sibi detrahitur et infamatur. et non est qui se abscondat a mali  
cia eorum. Sed et hic propinquorum iuuari petit ad hasuludium exercendum